



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiæ Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Epistolæ Reverendi Patris Prioris Augustinianorum Conventus
Lovaniensis, & Congregationis Mendicantium prò tempore Decani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

EXEMPLAR EPISTOLÆ
*Reverendi Patris Prioris Augustiniano-
rum Conventus Lovaniensis, & Con-
gregationis Mendicantium prò tempo-
re Decani.*

Excellentissime Domine, ac Reverendissime Præful


Ubi primùm præcellentissimam Suæ Excellen-
tiæ Epistolam Pastoralem Communitati No-
stræ curavi prælegi unà cùm subscriptionibus Peril-
lustrium, atque Venerabilium Dominorum Eccle-
siæ Vestræ Metropolitanæ Canonicorum, illicò
Nosros, aliorumque Ordinum Religiosos tam ma-
gnifico exemplo provocari, cum voluptate per-
fensimus. Quarè prò muneris mei debito, tamquam
Congregationis RR. PP. Mendicantium prò tem-
pore Decanus in diem 18. Novembris ad Conven-
tum Nostrum Religiosorum Ordinum hìc Lovanii
Superiores invitavi; Quibus comparere dignatis,
tibi ea subscriptio proposita fuit, unanimi omnes
acclamacione protinus consenserunt. Convénimus
etiam de Formula his insertâ, cui RR. PP. Supe-
riores cum suis respectivè subditis alacriter subsi-
gnavere. Cumque in hesternam diem Sancto Cle-
menti Sacram, & Sanctissimi D. N. Papæ exalta-
tionis anniversariam RR. PP. rursùm convocavis-
sem, Autographa subsignata heri, & hodiè contul-
imus, & cum ingenti lætitia perspeximus, huic
officio nullum defuisse Religiosorum præsentium.

Commiserunt mihi Patres, ut suo omnium no-
mine Excellentissimam Dominationem Vestram de
haec

hac jurata subscriptione, deque profundissima erga
Excellentiam Suam Veneratione certam facerem.

Autographa, quamprimum in Regestum tran-
scripta fuerint, suis quique P.P. Provincialibus mit-
tere decreverunt, eos rogaturi, ut procurare di-
gnentur in singulis Provinciae Suæ, saltem intrà
Archidioecesim Vestram sitis Conventibus similes
subscriptiones fieri; consignentque Excellentiae Suæ
certissima Documenta, quibus eluceat, non modò
Lovanienes, sed & alios omnes totius Archidio-
cesis Vestrae Religiosos S. Sedis Romanæ Decretis
obtemperare.

Accipe igitur Reverendissime Præful concordia
Religiosorum vota; eaque Nos, Conventusque No-
stros protectione dignare, quam verè paternus Ve-
ster inspirare solet affectus. Accipe per exilem ma-
num meam demississima omnium obsequia, cum qui-
bus, & quorum vice, veneratione plenissimus, in-
scribor. Lovanii ex Eremo Nostra Suæ Excel. de-
votissimâ 24. Novembris 1718. Excellentissime
Archi-Præful. Gratiae Suæ Excellentissimæ, Hu-
millimus, & Obsequentissimus Famulus. Erat sig-
natum. F. BALDUINUS DE HOUSTA Prior
Augustinianorum, & Congregationis Mendicantium
pro tempore Decanus.



FORMULA

*Sub quâ omnes, & singuli Religiosi Oppidi
Lovaniensis Constitutioni Apostolicæ
Unigenitus se submiserunt.*

NOs infrascripti humillimâ veneratione, ac om-
nimodâ obedientiâ (quâ nos teneri, quamque
ab omnibus Christi Fidelibus Romanorum Pontifi-